



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Formularium Terminoru[m] seu Registorum Nouiter
Jmpressum [et] eme[n]datu[m]**

Rom, 1511

De Reuocation[e] Procuratoru[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70641)

et personaliter interesse coram prefato domino re. Transferehs re.
Protestans nihilominus re.

De ratificatione actorum.

Comparuit n. principalis citra re. sponte rex eius certa scia om-
nibus melioribus re. potuit et debuit omnia et singula acta facta
gesta et procurata in hmoi. causa per magistrum n. assertum suos
procuratores ratificandum dicit et approbandu prout ratificavit
et approbavit ac rata et grata habere se dicit promittens re. De et
super quibus idem dñs n. principalis ratificans sibi re. pñtibus re.
Tenor: vero ratificatiõ actorum apud acta publici instrumenti
unde supra fit mentio sequitur et est talis.

Instr. ratificatiõ
actorum.

In nomine domini amen. Anno Indictione die mense et ponti-
ficatus re. et ex forma preceden. d. n. principalis citra re. reuo-
cationem sponte et ex eius certa scientia omnibus melioribus mo-
do via iure causa et forma quibus melius et efficacius potuit et de-
buit ac pot. et debet omnia et singula acta p. eodẽ d. n. principali p. pul-
du viri magistrũ n. in Ro. Lu. causaz et suũ assertuz pcuratorẽ in
causa et causis verten inter eundem dñz. n. principalem et vna et
quendam n. eraduerso principalem. De et super certis canonicatu
et preben ecclesie n. talis dioes. rebusqz alyis in actis cause et caruz
huiusmodi latius deduct. et illorum occasione partibus et altera
coram. R. p. d. Jo. vanulo vtriusqz iuris doctore domini nostri pa-
pe capellano et ipsius sacri palatii apostolici causarum causeqz et
causis ac partibus predictis auditore specialiter deputato ceterisqz
palatii antedicti auditoribus iudicibus et comissarijs quibuscunqz
acta gesta et procurata ratificavit et approbavit promittens nihilominus
idem dominus n. ratificans mihi notario infrascripto sol-
leniter stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorũ
quorum interest aut quomodolibet interesse poterit in futurum se
acta gesta et procurata hmoi. ac inde secuta quecunqz velle rata et
grata ac firma habere et tenere nec eisdem vlllo vnquam tempore
de iure vel de facto contrauenire sub hypotheca et obligatiõ oĩuz
et singulorum bonorum suorum pñtuz et futurum. De et super quib-
us re. idem dñs n. ratificans sibi re. instrumenta acta fuerũt re.
Presentibus re.

Subscriptio notarij.

Et ego n. re. vt supra quia actorum huiusmodi ratificatiõ et
promissio omnibusqz alyis re. vt supra.

De Renocatiõ Procuratoruz.

Quando renocantur omnes procuratores constituti

Anno Indictionis et pontificatus quibus supra dicitur. Rome in domibus solite residentie Reuerendissimi in christo patris et domini domini Raphaelis episcopi ostien[si] Cardinalis Sancti Georgii vulgariter nuncupati coram me presentis cause notario atq[ue] scriba predicto. Constitutus dominus n[on] principalis predictus principaliter pro seipso omnibus melioribus modo etc. et debuit ex sua certa scientia o[mn]es et singulos procuratores actores factores negotiorumq[ue] suorum gestores p[er] eum in p[re]senti causa constitutos reuocauit et pro reuocatis h[ab]ere voluit p[re]sentemq[ue] et mandatum eius quolibet tradite et concessit penitus et omnino ab eisdem procuratoribus abstulit et eosdem euacuauit inhibens eisdem procuratoribus ne de huiusmodi procurationis officio se ammodo intromittant. Idem et quem admodum in quodam reuocatione procuratorum apud acta cause huiusmodi publico instrumento per me presentis cause notarium atq[ue] scribam predictum exinde confecto. Cuius tenor inferius est insertus plenius continetur et habetur. Presentibus etc.

Et tenor vero reuocatione procuratorum apud acta publici instrumenti vnde etc. est talis.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem d[omi]ni millesimo quingentesimo quarto. Indictione septima die vero mercurij decima quarta mensis Octobris Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Iulij diuina providentia pape secundi Anno octauo. In meo notarij publici testimonio infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus honorabilis vir dominus n[on] principalis principaliter pro seipso omnibus melioribus modo etc. et debuit ex certa sua scientia omnes et singulos suos procuratores actores factores negotiorumq[ue] suorum gestores in causa et causis vertentibus inter dictum dominum n[on] principalem et vna et n[on] contraducto principale de et super parrochiali ecclesia n[on] et eius occasione partibus ex altera constitutos reuocauit et reuocat per presentes et pro reuocatis habere voluit potestatem et mandatum eius quomodolibet traditay et concessam penitus et omnino ab eisdem procuratoribus auferens et euacuans. Inhibens idem d[omi]n[us] n[on] principalis eisdem ne de procurationis officio huiusmodi cause se de cetero non intromittant seu intromittere presumant. Protestans nihilominus dictus d[omi]n[us] n[on] principalis quod quicumq[ue] actus quos dictos procuratores suos in huiusmodi causa imposterum facere contigerit sint nulli ipsosq[ue] pro nullis haberi petijt et voluit. De et super etc. Acta fuerunt hec Rome in domibus solite residentie Reuerendissimi in christo patris etc. Sub anno etc. Presentibus etc. **¶** Vel sic.

Generalis reuocatio procuratorum ad quoscumq[ue] actus constitutoz.

Instr[um]entum reuocatione
procuratorum apud acta.

Omnes & singulos procuratores suos per euz ad quosuis actus seu negocia sub quacunqz forma seu expressione verborum hactenus constitutos destituit penitus & reuocauit quamcunqz potestatem per eum eis datam & attributam ab eis & eorum quomodolibet abdicando & reuocando ac ad se reuocando & reducendo. Inhibens & interdicens expresse quantum potuit & debuit eis & eorum, cuilibet tenore presentis publici instrumenti ne de quibusuis bonis iuribus ratione & actionibus factis & negocijs actibus litibus seu causis quibuscunqz introumittere vel impedire seu de eis disponere seu ordinare quouis modo presumant sine ipsius domini substituētis licentia & mandato expressis. Protestans nihilominus qd quamtoctius poterit presentem reuocationem & destitutionem dictis procuratoribus destitutis & reuocatis intimabit & notificabit prout ut intimat & notificat tenore presentis publici instrumenti. De & super quibus etc.

Reuocatio Procuratoris substituti.

Comparuit etc. Asserens se eiusdem procuracionis mandati vigore vnum vel plures procuratorem vel procuratores loco sui substituendi eumqz vel eos reuocandum ac onus mandatum siue officium procuracionis huiusmodi in se reassumendi totiens quotiens sibi placuerit & visum fuerit expedire inter cetera habere in mandatis. Quare omnibus melioribus modo etc. & debuit ex certis rationabilibus causis animam suam ad hoc mouentibus prefatum magistrum n. procuratorem alias per eum in huiusmodi causa substitutum publice & expresse reuocauit. Aufrens ab eo plenam totalem & omnimodam potestatem quam sibi in hac causa prosequendi & defendendi quomodolibet attribuit atque concessit. Volensqz & expresse inhibens dictus magister n. procurator prefato n. procuratori substituto ne de huiusmodi procuracionis officio ammmodo se introumitteret. Aliasque & alia faciens prout & quemadmodum hec & alia in quodam publico reuocatione procuratorum apud acta cause huiusmodi instrumento per me presentis cause notarium etc.

Tenor vero reuocatione procuratoris substituti apud acta publici instrumenti vnde supra etc.

Per hanc formam & preinsertam confice instrumentum desuper.

So. v. J. v. Paderb.